
Monodian:longum carmen.

Monometrũ:uerſus unius pedis.

Monoplima ſtatio ubi una res uenditur.

Monopolium:pigmentalium.

Monoptota:nomina dicta ꝙ uno tantũ caſu utuntur:ut frugi.Nã monos græce unus.ptoſis caſus. Monoptota uero ſunt: quæ ꝓ omni caſu una tm̃ terminatiõe fungũt᷑:ut gumi neq̃.quot.tot.& literaꝝ nomina.a.b.c.uł numeroꝝ:ut q̃ttuor quinque,& barbara ut iob.monos græce ſolus.

Monois ſingulis.

Monoſceniũ:genus carnis.

Monoſticon:opus unius uerſus.

Monoſyllaba pars oratiõis ſi naturaliter longa fuerit ut tres circunflectitur: ſi uero naturaliter breuis:ut uir aut poſitione longa ut ars acutum accẽtum habet.

Monoſyllaba præpoſitiua fere oſa habẽt grauẽ accentum niſi differentia prohibeat.

Monotaſmon:luſeus.

Monotanus:rigidus.

Monſtrum eſt ꝙ extra naturã naſcitur:dictũ a mõſtrando.

Monſtra dicta ꝙ nos moneant in futurum:abutitur tamen.

Mõſtruoſũ inuſitatũ ſimile a mõſtro cõtra naturã.

Mõſilicis urbs uenetiæ.

Mõſtranſelis:equus deteſtabilis.

Mons dictus a mouendo per cõtrarium:uel motũ non habens:inde monticulus.

Mons ſignificat ſupereminentẽ charitatem chriſti uel iuſtitiam.

Mõs ſignificat dominiũ uel iuſtitiam uel ẽcleſiã.

Mõtanus na num.cõponitur mõticola.

Montigena:mõtiuagus.mõtuoſus.

Monſtrare.oſtẽdere.indicare.

Mõtana circũcaſtella in montibus poſita.

Mõtanus dicit᷑ a mõte uelut lupus de montibus.

Mõtani hæretici dicti ꝙ tẽpore ꝑſecutionis ĩ mõtibus latuerũt.uñ ſe diuiſerũt a catholica eccleſia.

Mõtes ſunt tumores terraꝝ altiſſimi dicti ꝙ ſint eminẽtes:Colles uero iuga montium.

Montes ſignificat apoſtolos uel ſanctos ĩ celſitudine uirtutũ:& in mala pte hæreticos diabolos.

Montuoſa:arida.macra.aſpera.uel inculta:montibus plena.

Monumenta:memoriã dicta:eo ꝙ moneant mentem annales libri hiſtoriæ.

Monumentum nunc ſepulchrum:nunc hiſtoriaꝝ geſtarum ordinem demõſtrat.Monumentũ autẽ dictum ꝙ mentẽ moneat: uel ad recordationem rei ſcriptæ.

Mopſus nomen proprium.

Mora:poma ſunt agreſtia uel de arbore celſa.

Mora impedimentum,uel tarditas.

Mora ẽ quæ impedit.tarditas quæ ĩpedit᷑:inde mora in te:tarditas in homine.

Mora ræ.unde morula diminutiuum.

Moror aris.componitur emoror demoror.cõmoror imoror. A mora mos moris.inde moſculus moratus moroſus morigerus ror.aris.moralis.

Morari:ꝓtellare.differre ꝓtrahere.moram facere.

Morator.ceſſator:ſegnis.piger.

Morale eſt ubi morũ informatio continet.

Moros græce μοн dicitur.

Moralis intelligentia ẽ quæ de moribus diſputat.

Moralis dicitur: per quẽ mos uiuẽdi honeſtus appetit᷑:& inſtituta ad uirtutẽ tẽdentia præparãtur hic & hæc moralis & hoc morale.unde moralitas

Moragiis:nutibus longis:

Moraſtin ũde moraſtitẽ ciuitas uel uicus paleſtiæ.

Morbi generaliter oẽs paſſiões corporis ſignificãt: dicti ꝙ ex eis mors naſcatur:ũde morbidus ideſt morbo datus:& morboſus.i.morbo plenus.

Morbus regius:genus quoddam morbi: inde dictus quia potior & deterior ẽ cæteriſ uel ut quidã putant quod uino bono:& regalibus cibis faciliu s curetur.

Morho:ideſt homicidium in abſconſo:in lege longobarda.

Mordere:rodere:detrahere.lædere.maledicere.

Mordeo es.mordeſco.

Mordax.cior.ciſſimus.aciter.citas.

Morſus ſus unde mors:a qua mortalis mortalitas componitur ĩmortalis:morticinus: inde morior reris: unde moribundus.componitur emorior cõmorior A morte componitur mortifico.a mordeo dicitur morbus uel componitur mordẽs mẽ

bra uel mortis uia.
Mordicus:quaſi morſu tenens uel mordaciter.
Moreni:gens iuxta britãnos.
Mores:uiuendi cõſuetudo.
Morhoſis : tranſſormatio.morſe μορφη .n. græce forma dicit̃:hinc eumorfos.i.beneformatus.
Morgnicaph.i.quarta pars in lege longobardoꝝ.
Moribundus:morienti ſimilis.
Morigera:moribus concordans.
Morigerare:mores gerere.
Morigeror aris.
Morina quæ diuina appellat̃ potio : a græcis faler num uinum.
Morio amens.
Moron græci fatuum dicunt.
Moriones uulgo dicũtur fatui : non multum a pe coribus diſtãtes:morio a morte uocatus:eo ꝙ nõ uigeat intellectu.
Morior deponens abſolutũ eſt:morior & orios ſe cundũ tertiã & quartã cõiugationẽ declinauerũt antiqui morior moreris & moriris: nunc aũt ſecũ dum tertiam morior moreris.
Moror:morã facio.cõmune eſt abſolutũ aliquãdo ut moror te.& moror a te:& ut quid moror.
Moroſus:difficilis.faſtidioſus.quærulus . tardus.
Mors dicta quaſi amara:uel a marte.ul̃ a morſu pri mi hoĩs:quia uetitæ arboris pomũ mordens mor tem incurrerit.
Mors priuatio ẽ uitæ.Sicut autẽ tenebræ nihil ſunt ſed ubi lux non eſt tenebræ dicuntur: ita nihil eſt mors ſed priuatio uitæ hoc nomen accepit.
Mortariũ dictũ ꝙ ibi ſemina iam ĩ puluerem reda cta mortua condantur.
Mortariũ dicit̃ a morte & tero : quicquid enim ibi teritur ſæmen uel hærba.moritur.
Morticinũ dr̃ in quo aĩæ ſanguinis ĩmortuus eſt.
Morticina de mortuis dicunt̃.mortalia autẽ uiuẽ tium.Morticiniũ qđ ab hoĩbus nõ utit̃.eo ꝙ nõ occiſoꝝ : ſed mortuoꝝ aĩalium eſt morbida caro: nec apta ad ſalutẽ corporis:cuius cã ſumitur : pri uſ qdem obſeruatũ,ppter unitatẽ duoꝝ parietum Sed nunc quis chriſtianus obſeruat: ut turdos ul̃ minutiores auiculas nõ attingat:niſi quaꝝ ſãguis effuſus eſt:aut leporẽ non edat:ſi manu a ceruice percuſſus nullo cruento uulnere occiſus eſt.
Mortiferum dictum ꝙ ferat mortem.ut uirus.
Mortuus:defunctus.
Morunt pro mouerunt:ſicut moſſes,p mouiſſes.
Morus a græcis uocata quam latini rubrum appel lant:eo ꝙ fructus uel uirgulta eius rubeat : cuius fructu fames paſtorum in deſerto fouet̃ cuius fo lia ſerpenti ſuperiecta feruntur interimere eum.
Morus ſpecies arboris cuius poma ſtomacho uti lia ſunt:eo ꝙ refrigerent.
Morus arbor:mora uero eius poma ſunt.
Mos : lex quædam eſt uiuendi nullo uinculo aſtri cta:ſiue lex non ſcripta.ſed tantũ uſu æui retenta.
Mos eſt uetuſta probata conſuetudo ſiue lex non ſcripta.
Mos qđ in ciuitate ſolitum ẽ fieri:hic mos moris.
Moyſes q legẽ ſcripſit filiis iſrael:unde moſaica lex.
Moſoch filius iaphet.ex quo cappadoces perhibẽ tur exorti.unde urbs apud eos moſocha dicitur.
Moſilon emporum:locus eſt in quo nilus emerge re uidetur.
Moth aquæ ſunt ubi populus domino cõtradixit: moyſes offendit dominum.
Motare frequenter mouere.
Molire:conuertere.uiolare.aut ſemitruncare:uel ſi ne cornibus facere.
Motorium dicitur : quod in motu.ſicut menſoriũ quod in menſa:collarium:quod in collo priſc.
Mouere:uoluere:curare tractare.
Moueo ues moui motus ta motum actiuum eſt in de motus tus motio . unde mons cum ſuis deri uatiuis.
Monſtro monſtras monſtrum mobilis mobilior liſſimus liter . litas : unde componitur immobi lis.moto as componitur admoueo.per com.præ. ſub.re.di.am.
Mox:non multo poſt uel ſtatim.ex inde.aduerbi um temporis.
Mozel moretanea.
Mozica quaſi modica unde mozus.z.pro.d.ſicut ſolent itali dicere hodie pro hozie:Nam antiqui hozie dicebant.
Mucales dactyli palmarum.
Mucida dicuntur fruſtra panis mucorem habẽtia & lãuginem propter uetuſtatem.
Mucor quædam lanugo quæ naſcitur ĩ uetuſto pa ne unde mucidus panis dicitur.
Mutius proprium cuiuſdam q omnia patiebatur.
Mucro non tm̃ gladius eſt:ſed cuiuſlibet tæli acu men:dictus a longitudine:nam μακρὸν macrõ græci longum uocant.hic mucro onis.
Mugillatio:tarditas.
Mugillaris mutus a mugio.
Mugire neutrũ.,pprium bouis.
Mugillis piſcis uelociſſimus eſt inteſtina ingredi ens.Mugillis ĩde dictus ꝙ multum ſit agilis.hic enĩ piſcis ubi ſenſerit inſidias piſcatorũ: ſtatim reſilit:ita ut uolare uideatur.
Mugiſſor.fallax.callidus.murmurator.
Mugitus tus:uox boum eſt.mu.adhuc in conſue tudine eſt unde mugire dicitur.
Mulcare affligere.uexare.calcare.cædere.
Mulcator perẽptor qui corpora afficit uel cruciat
Mulco cas.cor aris unde mulcata.i.damnata Virg.
Mulcator dictus ꝙ blãdis uerbis mulceat animũ tranſlatũ a mulſo:ꝙ ſolet fauces dolentes lenire.
Mulcere:lenire.placare.blandiri.
Mulceo & mulgeo mulſi facit quis quidã a mul geo mulxi quaſi cauſa differentiæ protulerunt. mulſi uero mulctũ & mulſum facit.
Mulciber.iuppiter mulcifer uero uulcanus dicit̃
Mulciber beris & mulciber bris a mulcẽdo imbrẽ.
Mulcifer a mulcẽdo ferꝝ.i.igni s q omnia mulcet.
Mulctra:uas ubi lac mulgetur :uel hora qua mul get̃:etiam dicit̃ hoc mulctrare & hæc mulctra. un de mulctrariæ pluraliter.

Mullei calciamẽti genus dicti a rubeo colore mul lorum piſcium.
Mulgere:lac detrahere.
Mulgitur dicitur.
Mulgarium:uas in quo mulget᷑:idẽ & mulctra.
Muliebria:ſupuacuus mulierũ ſanguis pluraliter
Mulierariũ.uiꝝ fœmelariũ antiqui dicebant.
Muliebre dicitur aliquid a mulieribus factum uꝉ ipſis conueniens.
Muliebriaꝝ uero per mulieres ordinatum & per uiros geſtum.
Mulierolus:.adulter.
Mulier a mollicie dicta.quaſi molier ſicut uir a uir tute propter diſcretionẽ.dicta eſt igitur ſecundũ fœmineum ſexum non ſecũdum corruptionẽ in tegritatiſ.Et hæc ex ſacra ſcriptura:nam ſtatim fa cta de latere uiri ſui nondum contacta a uiro mu lier dicta eſt:& formauit eã in mulierem.
Mulio mulionis.onicus.Nam mullio piſcem ſigni ficat:cuius pelliſ fit.
Mulio dictus a mulis quorum præſidet uehiculis
Mulio ſeſſor muli.
Mulſum ex melle dictũ ẽ.Eſt enĩ potio ex aqua & melle:quã græci mellicratũ dicũt.
Mulctũ & mulſum idẽ eſt a mulceo uel mulgeo.
Mulctare:cõdẽnare.lacerare.contaminare.
Mulctauit condẽnauit.
Mulctatur:condemnatur.ſeducitur.
Mulctata:quaſſata:afflicta.multam uim paſſa.
Mulctatio & ſine ſanguĩe poteſt eſſe in dãno pecu niæ.ſupplicium autem cũ ſanguĩe.pœna uero & dolor in ſanguine.
Multicia ueſtes ſubtiles ſũt camiſiæ lucidæ ueſtes ex ſerico & lana:dicta ꝙ mulceant ſuauitate ſua.
Multiuida:multa uidens.
Multifariam & multifarie aduerbialiter utrunque dicimus:ideſt multis locutionibus.
Multico frequẽter mulceo.mulcere.n. blandiri eſt tranſlatũ a mulſo.i.molle.
Multitudo fit numero:turba uero loco:poſſunt.n. pauci in anguſto turbã facere.
Multipes uermis terrenus a multitudine pedum uocatus:q cõtractus in globum cõplicatur.naſci tur ex humore & terra ſub petris.
Multiplex:ĩuolutus.uarius multas plicas habens. ge.omnis:unde multipliciter & multiplico as. actiuum.
Multiuolus:deſideria habẽs in multis.
Multiuolã:multis delectationibus auidam.
Multo ꝓ multum aduerbium quantitatis.
Multus ta tum infinitum.ſatis longum.
Mulus a græco tractum & dictũ ꝙ iugo piſtoꝝ ſub actus:tardas ad molendum ducat in gyrũ molas Iudæi aſſerunt nepotem eſau primũ feciſſe equo rum greges aſcendi ab aſinis in deſerto & contra naturam mulum naſci.
Mulus & mula ſpecies animalium ab equa & aſino generant᷑ nec generant.
Mullus genus piſcis qui & ſtrigla dicit᷑.
Mullus genus piſcis dictus ꝙ mollis ſit & tenerri mus:cuius cibũ tradunt libidinem inhibere:oculorum aciem hebetare:in uino necatus tedium ui ni dat bibentibus:inde.
Mundare:tergere.exuere.
Munda ciuitas uel fluuius in fine hiſpaniæ:ubi a ceſare uictus eſt filius pompei.
Mundus dictus quia ſemper ĩ motu eſt.Nulla enĩ requies eius elementis conceſſa eſt.
Mundus eſt uniuerſitas omnis:quæ conſtat ex cæ lo & terra:de quo apoſtolus ait.præteriit fuga hu ius mũdi:Mũdus aũt græce coſmos κοσμοσ ho mo uero microcoſmos μικροκοσμοσ.i.minor mũdus uocat᷑.Sicut.n.mũdus cõcretus ẽ ex qttu or elemẽtis.ita hoĩem cõſtare ex quattuor hũori bus uno tẽperamẽto ueteres cõſtituerũt.Mundi formatio ita demõſtrat᷑ ſicut erigitur in ſeptẽtrio nem.ita declinat᷑ in auſtrũ.Prima pars mũdi qua ſi caput & facies ẽ oriẽs.Secunda meridiana.Ter tia occidentalis : ultima uero ſeptentrionalis.In definitione autem mundi circulos aiunt phi loſophi quinq;:quos græci paralellos ideſt zonas uocant in quibus diuiditur orbis terræ: de qbus bus uirgilius ait.Quinq; tenent cælum zonæ: has fingamus in modum deſtrenſem: ut polex ſit primus circulus ideſt arcticos frigore inhabi tabilis.ſecundus circulus temperatus habitabilis medius himerinos torridus inhabitabilis.
Quartus exhimeros temperatus habitabilis: mi nimus circulus antarticus frigidus inhabitabiliſ.
Horum primus a latinis ſeptentrionalis uocatur: Secundus ſolſtitialis.Tertius æquĩoctialis.Quar tus hyemalis.Quintus auſtralis.
Mundus latine a philoſophis dictus: ꝙ in ſempi terno motu ſit:ut cælum ſol luna aer maria Nul la enim requies eius elementis cõceſſa eſt.Græci uero de ornamento mũdo nomen impoſuerunt propter diuerſitatem elementorum & pulchritu dinem ſyderꝝ.Appellatur enĩ apud illos coſmos: quod ſignificat ornamentũ Mundus ãt habet diſ tantiam inter creationem & formationem: quia originaliter ſecundũ materiæ ſubſtantiam ſimul cuncta creata ſunt.Secundum diſtinctionem ue ro rerum per ſex dierum alternationem formata ſunt:nam primum materies cæli & terræ confuſa facta eſt atq; informis:quam græci chaos appella uerunt:de quo poſt per ſpecies uarias formaſq; ꝓ prias prodiderunt:ſed materia facta eſt de nihilo mundi uero ſpecies de informi materia.Proinde duas res ante omnia condidit deus angelos & in formem materiam:quod quidem ex nihilo factũ proceſſit:tamen ex ſe factas res nõ æternitate ſed ſola origine:ſicut ſonus cantum:itaq; non omnia ex nihilo condidit deus: ſed quædam fecit ex ni hilo:quædam ex aliquo.De nihilo mundum an gelos & animam:ex aliquo hominem & alias mũ di creaturas.
Mundus da dum:terſus abſq; ſorde:innocẽs.
Mundus quaſi munitus terſus undis: inde mũdo as munditiæ.
Mundum muliebre liniamentum mulierum dici

tur quod tēpore ungere ſe debeant uariis pigmē tis & indui ueſtibus regalibus.
Múdiburdia:regum uel principum ſunt præcepta
Munera hoibus dantur:dona uero offerunt.
Munera obſeqa quæ pauperes diuitibus loco mu nerum ſoluūt: itaq; munus hominibus : donum deo datur unde in templis donaria dicimus: mu nera autem dicta quia manibus accipiuntur uel dantur.
Munera.dona:emolumenta præmia.
Munerarius qui munera dat.
Munerare præmia dare:munero & muneror eiuſ dem ſignificationis antiquitus.
Munia:officia.ciuitatum tributa.
Muniaci.i.regis conſiliarii.
Muniacorum:aciei uox.
Munire:conſeruare:ædificare.
Munio is:inde munimen.mœnia componitur cō munio is.inde cōmunico as:ſecūdum quoſdam. munitio:murus cōponitur antemurale.
Munimen:firmamentū.munitio.
Munit:tuetur.molitur:inuenit.machinatur.
Munitiones quæ uallo ſunt munitæ uel muris operta.
Municipes ſūt i eodem municipio nati . ab officio munerę dicti eo q; publica munera accipiāt . mu nia enim officia ſunt.unde immunes dicūtur qui nullum officiū gerūt.
Municipales originales ciues : & in loco officium gerentes.
Municipes ſunt curialium maiores dicti eo q; fiſci munera publica accipiant.priſc.hic & hæc muni cipes:ſicut princeps parēs:quæ tamen nō ſunt ad iectiua.
Municips cipis dicitur munera capiens uel munia ideſt officia implēs uel adminiſtrans: municipes uero quædam erāt gētes ſocii romanorum qui i oī bus eis cōmunicabāt excepto in ſuffragatiōe idē fideiuſſiōe hic græce polites πωλιτησ dicturi ſi cut paulus dictus eſt de tarſo.
Municipatus.ius ipſius municipii.
Municipiū eſt ciuitacula:quod manēte ſtatu ciuita tis ius aliqd maioris aut mīoris officii a principe impetrauit.dictum a muniis ideſt officiis : quod tātum munia ideſt tributa reddat & mūera : nam liberales & rimoſiſſimæ cauſæ & quæ a pricipe ꝓ ficiſcuntur:ibi nō agūtur : hæc enim ad dignitatē ciuitatum pertinet.
Miniciō:ſeptember mēſis tenedum lingua.
Munifex munerarius : qui mūera facit uel munus ideſt officium.
Munificus quia licui multa mūera dat:uel qui mu nuſ ſuum ideſt officiū quod debet implet . Sic & & munifex dicitur.
Munificare:muneribus honorare.
Munificus:honorificus.largitur.liberaliſ.largus co pioſus.Munificus:honorificus.tior.tiſſimus . Nā munificēs nō utimur.
Munificētia:liberalitas.largitas.publica donatio.
Munifice.large.copioſe abūde.
Munilia:petoralia equorū :uel ornamēta in' cerui ce mulierū.hoc ſerpētum dicit.
Muniū.munitio.munus . dictum quaſi māu factū
Muniū officium uel tributum.
Munimen uel munimentū dictum q; manu ſit fa ctum defenſio.
Munus donū uel officium.
Munus debitum eſt ut patrono:donū uero hono rum eſt.Item munus homibus:donū deo datur. Itēdonū dantis:munus accipientis.munus a mu niendo uel a mouendo:dōum uero dicitur a dā do.priſc.hoc munus eris:unde munero as.ſic ſi milia quæ in uerbo habent e i genitiuo quoq; ha bent.
Munus inde muneror aris.munuſculum cōponit imunis imunitas cōis.cōmunitas.cōmunio. com muniter emunis emunitaſa munifico communi fico cōponitur:ide munceps .municipium.muni cipalis.municipo as.
Munuſcula:dona modica.
Murrha pro mirrha græco.priſ.murrha lachryma eſt arboris arabica ſimilis ſpinæ.quam acanthum dicunt:a regione nomen accepit .
Murrha genus uaſis pro uitro ponitur..Myrrha nunc unguentum.
Murrhatum uinum amarum.i.cum felle mixtū.
Murani omnes latinorū reges ātiquituſ dicebātur
Murcia deus a paganis dictus qui faciebant homi nem murcidum.i.deſidioſū q nō ſe moueret.
Muræna genus piſcis.quam græci murinā uocant eo q; cōplicet ſe in circulos uel genus ſerpentis.
Muræna ex auro & gēmis dicta uariis a ſimilitudi ne ſerpentis murenæ.
Muræmulæ ſunt cathenæ latæ & ſpiſſæ mire de auro factæ quæ a capite defluentes a d ceruicem ornandam aptātur.hæc auri & argēti texūtur uir gulis:dictæ a murena quæ capta uertit ſe i circulū uel quia diſtincta eſt.
Murænam fœminini tantū ſexus eſſe tradūt:& cō cipere a ſerpēte.uñ a piſcatoribus tanq a ſerpēte ſi bilo uocatur & capitur i cauerna.fuſtæ difficulter iterimitur.ferula ꝓtinus.aiam i cauda habere cer tū eſt.Nam pcuſſa i capite uix intermitur inicau da autem ſtatim aiūr exanimari .
Mueret:leuiter diſtillat.
Murex herba murex ſorex uel eminēs ſaxum uel regalis purpura color uel ſanguinis de cōchiliis.
Mures cochlea maris acuta quæ alio nomine con chilium dicitur ex qua purpura nobilis īficitur & murices petræ in littore ſimiles muricibus uiuis acutiſſimæ & nauibus pernicioſæ.
Murgiſſo:callidus murmurator.irriſor:illuſor.
Muria craſſitudo aqua ſalſa & pro liquamīe de no mine maris dicitur.proprie autem aqua ſale com mixta quaſi maris.
Murica coclea eſt maris dicta ab acumine & aſperi tate quæ alio nomine cōchilium nominatur pro pter qd circūciſa ferro lachrymaſ purpurei coloriſ emittit ex quibus purpura tingitur & ide oſtrum quia hæc tinctura ex teſtæ humore elicitur.

Muricæ arua tam fluminis q̃ aſperi itineris ſaxa.
Muri a munitione dicti eo ꝙ muniāt interiora ur bis: unde mœnia. Sed mœnia interdum oīa ædifi cia ciuitatis.
Murrhina. uinum myrrha conditum.
Murina gēma. apud parthos gignitur: unde dicit̃ quia uarietas eius in purpuram cādoreq̄ & ignē quaſi in cæleſti arcu conſpicitur.
Murio pro morio dicitur. ibi quere.
Murmur aris. populi ſeditionis exordium ſtridor
Murmur dictum a mouendo ora uel de ſono factū non enim eloquitur.
Murmurare: incondite. uel mala uolūtate aliquid contradicere.
Murmuro & murmuror idem ſignificabat ātiqui tus.
Murna ſmyrna.
Murtera quaſi mortetæ: ideſt aq refuſæ a loco mor tuorum ideſt inferis.
Murus a muniendo dictus. unde muralis & ante murale.
Murus ſignificat robuſtiores: & eminentiores ſan ctos.
Murus propter altitudinem dictus.
Muruſculum bellicum machinamentū. unde mu ri diſſoluuntur. unde & dicitur.
Mus terra dicitur: unde & humus appellatur.
Mus puſillum aīal. græcū eſt: Nā græci mys μυσ la tini mus: Alii dicunt mures: ꝙ ex humore terræ naſcūtur. nā mus terra dicit̃. hic in plenilunio cre ſcit priſc. īde muſculus diminutiuū: mus tis a græ co mys componit̃ muſcipula: muriceps. muſtella
Muſare: murmurare. uirg.
Muſat: dubitat in loquendo. timet. murmurat.
Muſaraneū animal perexiguū araneæ forma q̃ ſo liſuga dicit̃ ꝙ diem fugiat: in metallis argētariis plurima & ſuperſedentibus per imprudentiā pe ſtem facit huius morſus inſanabili.
Muſac ſabbati: locus quidam fuit ædificatus in ue ſtibulo templi domini ubi reges quando ad tem plum ibant in ſabbato cauſa orationis pecuniam pro elemoſyna immittebant.
Muſas pagani ipſas dicunt quas & nymphas. i. de as aquarum.
Muſa uel ſapientia dea litterar̃: ſed nunc alias. Sūt āt numero. ix. clio. euterpe. thalia: terpſicore. mel pomene: erato: polyhimnia. urania. calliope: ſed hoc pagani fingunt.
Muſa dicit̃ a mos μοσ ægyptiaco: ideſt aqua græ ce. qa muſicus ſonus maxime ex aqua & aere fit.
Quæ ideo nouem fingunt̃ qa uox hūana per no uem fit officia: ex plectro linguæ. pulſu quattuor dentiū: repcuſſiōe duor̃ labior̃: cauo gutturis ad iutorio pulmonis ſicut follis.
Muſæ ſunt dictæ filiæ iouis & iunonis quia omnis̃ uox ex aere & æthere fit: ſecundū philoſophos au tem muſa dicit̃ quaſi moſis μοσισ ideſt aquati ca: quia nulla ſonora uox poteſt eſſe ſiue aqua: nā aquæ motus muſicam facit: priſc.
Muſam dicimus pro μουσα. υ pro ου græco po nentes.
Muſica in plæriſq̄ locis ſacræ ſcripturæ honorabi liter poſita īuenit̃ Nam non ſunt audiendi genti lium erroreſ qui muſas nouem eſſe: iouiſq̄ & me moriæ filias eſſe finxerunt: quos etiam uarro in ter eos doctior refellit. nam omniū ſonorum quæ materies eſt cātilenarum: triformis eſt natura aut enim uoce editur: aut flatu: aut pulſu. Sed cū hæc ut dictum eſt ſeſe habeant dicit uarro quandam ciuitatem tribus artificibus terna ſimulacra muſa rum locaſſe quæ i templo appollinis dono pone rent a quocunq̄ artifice pulchriora fierent: ſed ta men contigit ut omnes tres artifices terna ſimula cra pulchra facerent ut populo placerent: omnes que nouem templo appollinis dedicarent: qbus etiā poſtea heſiodum nomen dediſſe dicit.
Muſca ex græco uenit ſicut & mus: necatæ in aqua aliquotiens poſt unius horæ ſpaciū reuiuiſcunt.
Muſciones uulgo a muſcis appellantur: iidem & bibiones ſicut & poeta ait: in oculis tuis bibiones uolant.
Muſcipula: pedica laqueus. tentatio. quaſi mures capiens: uel muſcipulum.
Muſculi capita neruor̃ ex ſanguine & neruiſ copu lati: īdē & mures: qa in ſingulis membris ſunt cor dis loco: ut cor in medio totius corporis ita dicti muſculi a nomine ſimilium ſub terra deliteſcenti um murium: iidem & lacerti uel chori.
Muſcerda: ſtercus murium.
Muſculi pro tibiis & brachiis ponūtur.
Muſculus eſt curruum nauium.
Muſcus: genus herbæ molliſſimæ: lanugo.
Muſæus poeta inſignis tpe orphei.
Muſæum: muſarum opus:
Muſeleum: idem quod mauſeolum.
Muſica eſt peritia modulatiōis ſono cantuq̄ conſi ſtens dicta per deriuationem a muſis. Muſæ aūt appellatæ. απὸ τοῦ μωσαι moſai ideſt a quæren do: ꝙ per eas ſicut antiqui uoluerunt uis carmī num: & uocis modulatio quæratur: quæ inde a poetis iouis & memoriæ filiæ confictæ ſunt.
Niſi enim memoria teneātur: ſoni pereunt. quia ſcribi non poſſunt. Moyſes dicit repertorem fuiſ ſe muſicæ tubal: græci uero pitagoram alii linum thebæum & zethum & amphion. Muſicæ partes tres ſunt ideſt harmonica quæ diſcernit in ſonis acutum & grauem. Metrica quæ menſuram di uerſorum metrorum probabili ratione cognoſ cit: ut uerbigraria heroicum iambicum elegia cum &c. Rithmica quæ requirit īcurſionem uer borum utrum bene ſonans an male cohærceat.
Ad omnem autem ſonum quæ materies cantile narum eſt hanc triformem conſtat eſſe naturam Prima eſt harmonica: quæ ex uoce cum cantibus conſtat. Secunda orgacaica quæ ex flatu exiſtit: Tertia rithmica quæ ex pulſu digitorum nume ros recipit. Nam aut uoce editur ſonus ſicut per fauces aut flatu ſicut per tubam: aut pulſu ſicut p citharam.
Muſica græce ὑ υσικη dicitur huius tria ſunt

genera: diatonicum grauis cromaticum medium enarmonicum dulciſſimū. Muſicæ melodiæ tria ſunt genera: enarmonicum diatonum & cromaticum. Primum quidem propter nimiam ſui difficultatem ab uſu receſſit. Tertium imfame mollitie: medium ideſt diatonum mundanæ muſicæ aſcribitur.

Muſici: modulatores cantus: qui cantū nouerunt.

Muſicus: qui muſicam nouit.

Muſicum: dulce carmen.

Muſinatur: mulcet: placat. lenit.

Muſio dictus ꝙ muribus infeſtus ſit: hunc uulgo captum a captura uocant: alij dicunt catum eo ꝙ ακτει λἠ.i. uideat græce.

Muſis: regula uel menſura.

Muſitat: leuiter in auribus loquitur murmurat.

Muſium: muſeleum opus depictum.

Muſino uocat̃ animal. quod ex capra & ariete naſcitur: eſt aūt dux gregis.

Muſino: monſtrum ſimile ſimiæ.

Muſtacia: mala uina. eo ꝙ ſimilitudinē muſti nō ſaporem habeant.

Muſtela dicta quaſi mus longus: nam τηλὸν telō longū græce: huius duo ſunt genera: altera ſilueſtris diſtans magnitudine quam græci iſtida uocant altera in domibus errans.

Muſtela genus piſcis. Ambro. muſtela ſerpētes & ſtimures perſequitur.

Muſteum: medium uiride uiſcidum.

Muſtum eſt uinum ex prelo ſtatim ſublatū dictū creditur ꝙ in ſe limum & terram habeat mixtum nam mus terra: unde & humus muſtus & muſta & muſtum inuēitur unde uidetur adiectiuum ꝓ nouus ı nouum. i

Mutare: de loco in locum mouere: aut de tēpore tempus & uidetur a motu deriuari. o. in. u.

Mutabile uarium momentaneum.

Mutatorium. quod mutatur.

Mutatoria ſolēnia ueſtimenta aliis meliora.

Mutatoriæ mutandæ ueſtes & camiſiæ brachæ:

Mutificat: mitigat.

Mutilare eſt aliquid integrum detruncare: ut hominum manum amputare: uel partem ex arboribus auferre.

Mutilat: uiolat: truncat. debilitat. cōuellit. in membra diſpartit: retondit. mutat. murmurat: iminuit: exquirit.

Mutilū caput. tonſum caput:

Mutili: q̃dranguli q minus habent ex aliq̃ pte ſic.

Mutina ciuitas italiæ.

Mutire: garrire. modice murmurare.

Mutua: uicaria. alterna. cōmunis.

Mutuari & cōmodare hoc differunt qui dat mutuum aliud recepturus eſt: qui uero cōmodat utiq; id ſibi reddi deſiderat. Mutuatur omnis qui accipit: etiam ſi non ipſe ſoluturus eſſet.

Mutuo & mutuor eiuſdē ſignificatiōis antiquitus.

Muthul & ſuthul propria oppidorum pœnorum maſculina.

Mutuo. alterno cōmode inuicem aduerbium eſt.

Mutuū dictū qa id qđ a me tibi dat̃ ex meo tuū fit.

Mutunus uel tutunus: priapus a græcis dicit̃.

Mutus dictus ꝙ mugiat: quia uox eius non eſt ſermōis ſed mugitus: uocalem enim ſpiritum emittit per nares quaſi mugiens.

Mutuſcæ ciuitas italiæ oliuifera.

Nabal ſtultus uel inſipiēs. interpretatur.

Nabathæa regio a nabeth filio hyſmael nuncupata iacet inter iudæam & arabiā ab Eufrate uſq; ad mare rubrum: pars tamen arabiæ inde nabathei dicti ſunt.

Nabā abſceſſio interprætat̃

Nabæ interpretat̃ latratus.

Nabis quædam ciuitas unde nabathei dicuntur.

Nabis autem dictus eſt quidam rex ditiſſimus

Nabeth filius hyſmael: a quo nabathæi.

Nablath uel nablā hebraice: pſalteriū græce dicit̃.

Nabloth idola accola.

Nabuchdonoſor prophetiæ acunculæ anguſtæ interpretatur ſiue ꝓphetizās iſtiuſmodi ſignū ꝓ ſōno. ſ. futurorū: qđ uidiſſe narratur. & daniel iterpræatus ē ſiue ſeſſio i agitatiōe anguſtæ pro his qui in captiuitatem ab eo ducti ſunt. Duo autem nabuchdonoſor fuere: unus q trāſmigrauit iſrael alius q miſit holofernē: quem iudith interfecit.

Naca cancer.

Nachor frater fuit abrahæ. teqes lumis interptat̃.

Nagat: uacillat: huc illucq; fertur.

Nageum nugium pallium tenue.

Naiades deas maris in cōmitatu eſſe ueneris pagani dicunt.

Naid interpretatur fluctus uel commotio.

Nays ναοσ græce latine nauis.

Nais genus herbæ.

Naim ciuitas uel terra: interpretatur commotio.

Naalihel interpretatur ex deo.

Nam nāq; n. cū ſunt coniunctiones cāles gat γάρ ſignificāt: ut cole pudicitiā. nam fundamentum ē uirtutū. inueniūtur cōplectiuæ cū ſignificāt mē μεν ut heu qa nam: quo nomine dicuntur coniūctiones: cum ornatus cauſa uel metri nulla neceſſitate ſignificationis ponūtur.

Nanſuere quod medici napton uocant.

Naamā decor interpretatur.

Nāciſcor deriuatur a nancio cis: quod in uſu fuit antiquitus priſ. nactus fecit abſq; n.

Nantes natantes aut nauigantes a no nas.

Naos ναοσ græce templum.

Naophylax templi cuſtos græcum eſt.

Napeæ deæ florum agreſtes.

Napta genus fomitis apud perſas: quo icēdia nutriuntur uel amurca.

Napta purgamenta lini uel cuiuſlibet rei: ut Saluſtius dicit in hiſtoriis eſſe genus fomitis apud pſas: quo maxime nutiuntur incendia: alii oſſa oliuaꝝ: quæ ꝓiiciūtur cū amurca naptam uocāt.

Napocaulis ex duobus oleribus compoſitum eſt.

o iiii

quia dum ſic ſapore napo ſimilis nō in radice ſed in thyrſum coſcēdit:ut caulis.

Napus a ſimilitudine rapæ dictus niſi ꝙ foliis eſt latior:utriuſqꝫ eni ſemen ī alteꝝ uiciſſim mutat̃

Nar:albus fluuius tuſciæ.

Nar naris producit penultimā:nomē fluuii.

Narratio eſt præteritoꝝ:pronunciatio futurorum demonſtratio præſentium.

Narrare:iudicare:referre.diuulgare.

Narbona & arrelatū & pictauium:ciuitas proprii collonii condiderunt.

Narbonēſis prouincia parſ galliaꝝ ab oriēte alpes ſcutias:ab occidēte hiſpaniam:a circio aquitaniā a ſeptētrione lugdunenſem:ab aquilone belgi cā galli a meridie mare gallicū hebet.

Narciſſus gēus hærbe odoriferæ purpureæ fabuloſe dicta a puero eiuſdē nois:cuius membra in hunc florem dicūt trāſiſſe.

Nardus genus odoriſ optimi.generis fœminini.

Nardus eſt odor aromaticus craſſa & fragili radice paruoqꝫ folio:& denſo : cuius acumina in ariſtas ſe ſpargunt fideles ſignificat odore uirtutum ful/gentes:craſſos operibus bonis:tamē in carne fra/giles:in ſuis operibus humiles & non in ſe gloriātes:ſed denſi & innocentes.

Nardus hærba eſt ſpicoſa : cuius alia indica alia ſy/riaca appellatur.nō ꝙ in ſyria naſcatur. ſed ꝙ modus ī quo naſcitur alio latere indiam alio ſyriam ſpectat.

Nardum piſticū ideſt fidele:& ſine impoſtura græ/cum eſt:piſtis.enim græce fides dicitur.

Nardū ſpicatū ab eo ꝙ ſpecies ipſa nardi in modū ſpicæ ſit:quæ infuſa conficitur.

Nardū celticū a regione galliæ nomen traxit:naſcitur enim ſæpius in lyguriæ alpibus & ī ſyria hoc ꝑpter odorē probatum eſt uſui.

Nares dictæ : ꝙ per eas aer uel ſpiritus manat.In his tria ſunt officia : unum ducendi ſpiritum alterum capiendi odoris : tertium purgamentum cerebri deducendi : priſcianus hæc naris ad naſū pertinet.

Narium recta pars ꝙ æqualiter ſit porrecta collumna uocatur extremitas uero pyrula a forma pomi pyri:q dextra leuaqꝫ ſunt pinulæ.

Naricia locus eſt:in quo abundant picæ.

Narria piſcis.

Nario ſubſanans.

Narones hebraica lingua Iunius mēſis.

Naruſci locri a flumine locorū.

Narus ſum:cognoui didici.

Narus:peritus.ſciens.

Naſſa genus nauis uel caueæ.

Naſamonites gēma ſanguinea & nigris uenis a loco.Naſamones eni africæ ſunt.

Naſcit̃ quod ab utero decidit. enaſcit̃ uero quod de terra aut aqua exurgit.

Naſcor ris.natus natura.Naſcor deponens a te & tibi:paſſiuam uim habet.Naſcor ſceris : inde natus nata natum ; natura naturalis : naturaliter : natalis natalicium:natiuus a um.natiuitas nationis:unde cōponit̃ cognatus cognatio. Cōponitur innaſcor innatum:renaſcor.Nepos.neptulus neptis:unde componitur pronepos abnepos:trinepos.

Naſiſterna : aquarum uas .

Naaſon mons uel proprium hominis de tribu iſrael.

Naſterium modicū oratorium græce.

Naſturciū hærba a ſapor appellatus . quod acrimōia ſui naſum torqueat.genus hoc candum eſt & conficit carnes ita ut conſtingant flegma & meatum urinæ obduret.

Natare unde natatus a um:no nas naui natū natu.

Nathanael interptatur donum dei:quia dolus & ſimulatio dono dei ī eo non fuit.

Natalis dies:in quo aliquis natus eſt : unde natalitius a um hic natalis dicimus etiam hoc natale dicitur in priſc.

Nathania donū dei uel dedit dominus ĩterptatur.

Nathan interpretat̃ accipiens uel dediti ſine datis.

Nathanai.i.hūiles in obediendo in ueteri teſtamēto:in nouo uero ſubdiacones appellātur.

Nathanai ideſt in humilitate domino ſeruientes.

Nathanai apud hebræos uocātur qui obligatiōes deo faciunt.

Nates dictæ ꝙ in ipſis nitimur:dū ſedemus .unde & cōglobata ē in eis caro:ne præmētis corpis mole oſſa delerent̃:hæc uatica cæ etiam dicitur.

Nati filii.

Natæ filiæ.

Nationes ſunt:quæ propriis cognationibus terminatæ gentes uocantur.

atio a naſcendo uocata.

Natrix ſerpentis genus maſculus eſt.Lucanus Natrix uiolator aquæ : poteſt tamen uerbaliter accipi.fœmininum quaſi ad ſerpentem per ſignificationem.

Natura dicta ab eo ꝙ aliqd naſci faciat .gignēdi.n. & faciendi potens eſt.Hanc quidam deā eſſe dixerunt:a qua oīa creata ſunt.

Natura eſt creatura oīum etiā inuiſibiliū rerum

Natura eſt nō quod opinio inuenit:ſed quod quædam innata uis inſeruit.

Natura tribus modis dici poteſt. Cū de oībus re/bus naturam dici placet.Natura ē earū rerū quæ cū ſint quoquo mō intellectu capi poſſunt.hic definiūtur accidentia & ſubſtantiæ.Quoquo modo ideo additū.eſt quoniam deus & materia perfe/cto intellectu intelligi non poſſunt : ſed cætera/rum rerum priuatione quoquo modo capiun/tur.Quæ cū ſint : ideo adiunctum quia & ipſum nihil ſignificat aliquid ſed non naturam:nō eni qd ſit aliquid ſed potius nō eſſe ſignificat. De ſolis uero ſubſtantiis ſic definitur. Natura uero eſt qd uel facere.uel quod pati uel facere pt: pati quidem ac facere:ut omnia corporea atqꝫ corporeorum :anima.Hæc enim a corpore & in corpore: & facit & patitur:facere uero tm̄:ut deus cæteraqꝫ diuina:hic autem ſubſtantiæ quoqꝫ reddita ē definitio.Si autem ſecundū:quoſdā qui dicūt tantū

corporeas ſubſtantias naturā habere.ſicut ariſto teles & multimodæ philoſophiæ ſectatores natura ad corporales res tm̄ contrahit : ſic definitur Natura eſt motus principiū ſecundū ſe & non p accidens:quoniam omne corpus propriū habet motū.per ſe ut ignis ſurſum:terra uero deorſum & nō p accidēs:ut lectus qui naturaliter lignum eſt:lectus artificialiter.Nō.n.quia per accidens lectus deorſum cadit:ſed qui naturaliter terre eſt. Cū aūt proprietatem rei demonſtrare cupimus ſic dicit.Natura eſt unāquanq; rem informās ſpecifica differentia:& hæc eſt ſignificatio nature: ſecundum quā dicimus auri & argenti diuerſam naturam:ideſt proprietatem: ſecūdū hāc ultimā duas i xp̄o naturas conſtituimus. Natura ingenium mores animus Naturale eſt pertinens ad diuerſas cauſas naturæ quæ uniuerſa continent.

Naturales dicunt ingenui concubinarū filii : quos ſola natura genuit nō honeſtas coniugii.

Naturaliter illud eſſe dicitur quicquid agere:pati. naſci aut durare ſeu exiſtere ſine difficultate aut affectione poſſit.

Naturalis ſcientiæ dr̄:quod ab uniuſcuiuſq; rei na tura diſcutit:quia nihil in uita generat : ſed unū quodq; his uſibus deputatur:in quibus a creatore diffinitum eſt:niſi forte cum uoluntate dei aliquod miraculum fiat.

Naturalis annus eſt:cū ſe ſoli luna ſupponit:nobis dās tenebras ideſt eclipſim ſolis.

Natus ta tum.a naſcor ris ideſt ortus generatus: editus uel filius.

Naum interpretatur conſolatio ſiue germē: increpat enim ciuitatem & poſt euerſionem coſolatur ſyon propheta unus de duodecim.

Nauales:res ad naues ptinentes:ut nauale bellum quod cum nauibus factū eſt:hic & hæc naualis & hoc naualle.

Nauare:ſtudioſe īplere:operā dare:cogere:natare.

Nauarchus:nauis magiſter.

Naucleruſ dominus nauis eſt appellatus:eo q̄ nauis in ſorte eius ſit.cleros enim græce: ſors dicitur latine:cæteri autem in naui in cōtributōe ſūt.

Nauci putamen nucis & pro nihilo ponitur: generis omnis.

Naue interpretatur uiſus bonus.Nauem quidam dici putāt quod gnauum rectorem quærat ideſt peritum qui gubernare nouit pp maritima picula & caſus.ūde illud ē.Intelligēs gubernacula poſſidebit.Lydii aūt nauē primū fabricauerūt : pellagiq; incerta ſulcauerūt.Nauis græce ραῦσ nauis.

Naufragus qui naui fracta ſpoliatus eſt: perditus, deletus.priuatus.

Naufragium nauis fractio dicitur.

Naufragari:naufragium pati.

Nauis pro ραυσ græco interpoſita.i.ſicut nauta p nauta.Nauis una ratis.nauigium uero omnis claſica profectio.

Naucletus:ipſe primarius nauigator oīs exercitus naualis cōſortii.Nauta uero omnis qui laborem facit nauigandi.Nauis inde nauicula.

Nauita per ſincopam nauta.

Naulum nauli græce naualis.

Nauus:gnauus:quidam tamen a nauo nauem deriuant.Componitur nauiger naufragus naufragium nauigo nauigas.

Naucłerus καυκληροσ græce deriuat a no nas trano nas inde & nato natas.

Nauiger.nauis rector.

Nauicularius:qui tm̄ eſt nauium fabricator.

Nauigia:claſſes.naues.

Nauigat:nauem agit.

Nauita a nauo dictus q̄ eſt rectum poetice p nauita dictum:hic nauta tæ.

Nauiter:bene.caute.induſtrie.

Nauet:ſtrenue agit.

Naulum:merces quæ datur de naue:quā quis trāſ uehitur.

Naumachia naualis pugna.

Naupego iunctio nauis.

Nauitus:nauis factor.

Naupreda genus piſis.

Nauſea uomitus:qui ſit propter ſentīæ aquā fetidam:unde & dr̄ a nays græco uel nauis.

Nauſeare:uomere . Nauſeo nauſeas . Nautæ uela tendunt uelificant.

Nautica:aqua corii fetida:in qua coria macerant.

Nauticus:nautarum clamor uel uox.

Nauus:celer induſtrioſus.fortis.ipiger.agilis. prudens.Nauus a noticia uiæ dictus : ideſt prudētia Nauus qui rem quancunq; continuat uel gubernat:unde & nauis dicitur.

Naxoſ iſula dicta a dionyſio quaſi dionaxos:q̄ fertilitate uitium uincat cæteras.xviii. milia paſſuū a delo ſeparatur.

Nazareth ciuitas in qua dominus noſter ieſus chriſtus conceptus eſt & nutritus: interpretatur flos ſiue mundus.

Nazareus a merito dicitur ideſt ſanctus ſiue mundus:quia peccatum non fecit . Nazerenus uero a ciuitate nazereth dictus.

Nareus olim dicebatur:qui comam ſanctam nutriebat:& nihil contaminatum accipiebat abſtinens a uino.

Ne ſi præponatur : aduerbium eſſe intelligitur.& acuto accentu pronunciatur.Si uero ſubiungitur coniunctio reperitur:& preſſo accētu profertur ut præcipio tibi ne legas.Ne aduerbium prohibendi:ut ne facias.Interrogandi quando pro nunqd ponitur:ut feciſti ne:& pro ut non: ut lege ne upules.Eſt increpatiuum. Tu ne cruēte ferox . Ne coniunctio encletica amittens etiam e per apoſtrophen ut Tanton me crimine ducis.

Ne correpta an necne dubitatiuæ coniūctiōes ſūt ut iuſtitiæ ne plus mirer belli ne labor. Eadē frequentiſſime ſunt interrogatiue : ut Hectoris andromache pyrrhin connubia ſeruas . Hæc eadē inuenitur & pro confirmatiua:ut Tanta ne me tenuit uiuendi nate uoluptas . Sola hæc apud latinos apoſtrophen recipit.

Ne deriuatur inde non . componit inde nec nec

uon nequiq̄ nequā.Negligo nequis nullus nihilum & per ſincopam nihil.Inde annihilo as nihil pendo nobilis & cætera.

Neqū μητοτε ſignificat cōiūctio ē cālis:ut equus altiſſimus factus.Ne recipi portis poſſit.Inuenit̄ etiā ꝑ neq; copulatiua coniunctione.Sub una enī abnegatione copulat res quomodo nec : ut ne dici quidem opus eſt pro neque. Quando uero Ne μη uel an ſignificat aduerbium eſt.

Ne dehortatiuū eſt aduerbium.& tunc indicatiuo non iungitur : ſed cæteris:ut tu ne cede malis Et utinam ne tibi in mentem ueniſſet:& ne dicā dolo:& ne dici quidem opus eſt.hoc etiam accipitur pro neque:ut ne dici quidem opus eſt:& pro ut non cauſalis eſt coniūctio ut ne dicam dolo:& pro ualde ideſt affirmatiue:ut ne illa illū haud nouit:cuius cauſa hic incipit. Ne & ni quando pro neq; accipiuntur inter coniunctiones quidam poſuerunt cauſales:quanuis ſignificatio abnegatiua aduerbiis ea magis aplicet Ne aduerbium corripitur:ſcilicet pro non uel pro nōne hoc eſt interrogatiuum uel affirmatiuum. De hortatiuum uero producitur & pro non & coniunctio ſimiliter.

Nea græce.qd nos in nūeris græce nouē uocamus

Neapolis noua ciuitas.

Neapolis ciuitas ſamaritanorum ipſa eſt ſychen.

Neapolis oppidum quod olim parthenope uocabatur iuxta ſalernum.

Nebris coriū dianæ:quia cū ceruo pingitur.

Nebris pellis lyncū uel coriū cerui.

Nebroth interpretatur tyrannus.iſte.n.prior arripuit tyrannidem inſuetam in populis:& ipſe aggreſſus eſt turrem ædificare aduerſus deum.

Nebula dicta ab obnubendo terram ideſt operiēdo.Exalant enim ualles humidæ nebulas.& faciunt nubes.inde nubulū:ide nubes.Nebulæ ima petunt:cum ſerenum eſt:ſumma cū nubilū.

Nebulo nebulōis:glutto uanus.obſcurus.mēdax inductor.illudens fallax.

Nebuloſuſ tenebroſuſ:quaſi nebula plenus:

Necare iugulare.extinguere.occidere.

Neco necas cui & caui nectuſ & necatus:ſed necatus ferro.nectus uero alia ui.

Necdū nondū non ad huc:nequaq̄ uero nullo mō

Neceſſarius :domeſticus quottidiāus : q̄ſi a quo non eſt ceſſandum.

Neceſſarium:utile uel amicum:aut ineuitabile ſignificat.

Neceſſitas aliquid fieri cogit.Neceſſitudo autem affectus eſt:uel uinculum propinquitatis.

Neceſſitudo affinitas ideſt uxor uel filius.

Neceſſe eſt confirmantis aduerbium.

Neceſſario ipſa terminatiōe datiui.pro aduerbio accipitur:ſicut ſero cito manifeſto merito & cætera.dicitur etiam neceſſe.ſed neceſſe eget uerbo ſubſtatiuo.

Neceſſarium argumentum eſt:quod ut dicitur aliter eſſe non poteſt.

Necis:mortis:paſſionis:ſed nominatiuus ī uſu nō eſt:quod eſt nex.

Necminus nihilominus:ſed ſimiliter duæ partes pro aduerbio comparandi.

Necmancipi datiuus pro aliis caſibus ideſt nō manu capto:uel quod de manu nō poteſt transferri

Necne cōiunctio dubitatiua uel interrogatia uel confirmatiua.Necnō etiam ſimul inter : pari modo uerum etiam.

Nechota in hebræo:de quo aquila trāſtulit ſtoracem.In noſtris uero libris eſt thymiama: ex quo domus nechota quod in illa phormia unguenta ſunt condita:

Negromācia mortuoꝝ diuinatio : nam cadauer eſt uates.

Nectar genus odoris dulcedo.Nectar putum mel & dulce:quo dii utuntur.hoc nectar is.

Nectar arbor maga:unde fit balſamum.

Nectareus odorifer.

Nectar poculorū frequentia.

Nectit:ligat:iungit texit.

Necto nectis nexui & nexi nexum facit : inde nexus xus & nexo frequentatiuum. Componitur innecto.ſub.ſubter.

Nedū ſæcularia ideſt quanto magis ſæcularia.

Nefandum:nec dicendum.inane.atrox.ndignum horribile.

Necadion græce uigilans.Hiero.

Nefarius non dignus farre:quo primo cibi genere uita hominum ſuſtinebatur:alias nec dicēdus ſceleratus.

Nefas quod nō licet:peccatum nec licitum. ex nec & fas hoc nefas.accuſatiuo hoc nefas.

Nefaſti dies erant in quibus nō licebat ius fari.

Nefrendus porcus dicebatur uictima : quā marti ſacrificabant : quia plures hoſtes interfeciſſet dictus quaſi ſine renibus.

Nefreſis græce renum dolor. Renes enim græce dicuntur.

Nefrendis infans nondum dentatus:dictus ꝙ nōdum frendat.

Nefrendes adhuc lactentes porculi dicti:ꝙ nondum aliquid frendant ideſt comminuant dentibus:hic & faba freſa quæ molita eſt.

Nefretici ſunt qui renū dolorem ferre non poſſūt ꝓpter tumores & collectiones & uulnera ſanguis erupti & calculum ideſt petram.

Nefele νεφηλη nubes. Nefos νεφοσ græce nubilum & nimbus ideſt nubes.

Negamus ſi quid obiicitur:abnegamus ſi qd petit̄

Negatio eſt enūciatio alicuius ab aliquo ut homo non eſt lapis:philoſophus nō eſt plato.

Negligere:non curare aut deſpicere:cuius uſus obtinuit p g.ſcribi quāuis & p c.ī quibuſdā legatur.

Negligo neglexi neglectus ex nec & lego.

Negotitæ:opifices inſtitores.

Negotialis cōſtitutio eſt:in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit.conſideratur.

Negocium modo ſignificat actionem cauſæ : qđ ē iurgium litis:modo rei actum alicuius.cui cōtrarium eſt otiū.Inde negotior aris:quod eſt merca

tioni operam dare.
Neme graæce tribuo.
Nemeſis dicit̃ ſors .quæ ſua cuicunq; tribuit.
Nemæa ſilua græciæ ubi hercules leonem comple
xus necauit.
Neemias & heſdras quodam præſagio nomĩa iſta
ſortiti ſũt a dño:heſdras qppe ĩterprætat̃: adiutor
& neemias cõſolator:qa fuerũt illi populo ĩ adiuto
rium & cõſolationem redeũdi ad patriã. Nam tẽ
plũ dñi ædificauerunt & muros ipi reſtaurauerũt
Nemo ab homine tractum:quaſi ne homo:quod ẽ
nullus homo nullus uero quaſi neullus : ad om
nia refertur:cõis generis eſt.
Nemoroſum :opacum.ſiliueſtre a nemore:
Nemos νεμος græce nemus . Nemorma græce
moneta.
Nempe certe ſemper etiam.
Nemus arbores infrutuoſæ & frõdoſæ ĩtelligunt̃
anũibus dcñ:qa pagani ibi idola conſtituerunt.
Nemus o ris.nemoroſus nemoralis nemoroſculũ.
Nõne neforte ergo.
Nenia:finis.alias caro mortuoꝝ.
Næniæ.uanitates:deliramenta proprie caro fune/
bris.
Næniæ:ſuperuacuæ res carmina ſenilia & moralia
quæ in mortuis dicunt̃ epitaphia.
Næniari.uana loqui.
Nænioſus.nugator.
Neo nes neui nere:quod eſt fila torquere.filare ne
or netus ſum facit.
Neophitus græce nouellus & rudis.fidelis uel no/
uiter.Neos enim græce nouum.
Neomia noua luna:quæ apud nos Kalendæ uocã
tur græce enim neos nouũ mene luna appe
latur:quia apud hebræos ſecundũ lunæ curſum
menſes ſupputantur.
Neomenium:nouilunium.
Neomeniæ:feſtiuitates.
Neotericus græce nouitius minor nouus.
Neoptolemus pyrrhus dictus:quaſi nouus miles
uel rex a tolomo græce rego pugno.
Nepa nepæ:ſcorpius qui natos conſumit . niſi eũ
qui dorſo eius inhæſerit Rurſus ipſe qui ſerua/
tus fuit:cõſumit partẽ.hic nepotes & nepotatio
ideſt luxuria dicitur:hic nepa nepæ ſcorpius pri
ſcianus.
Nepet nomẽ oppidi italici indeclinabile/
Nepeta menta agreſtis maioris uirtutis.
Nepos dictus quaſi natus poſt ideſt filius filii : hĩc
& poſteritas quaſi poſtera ætas.priſc.Nepos com
mune a quibuſdam putatur.quis eius fœmini/
num ſit neptis:hic nepos otis.priſc.
Nepos luxurioſus cõſumptor dictus a generĩ quo
dam ſcorpionũ quod natos ſuos conſumit . hinc
quoq; nepotatio ꝑ luxuria dicitur:qua quæq; reſ
conſumuntur.
Nepotes dicuntur & uirgultæ noue: eo ꝙ de po/
mo naſcantur quaſi de filio.
Neptalin multitudo uel conuerſantes.
Neptalin interpretat̃ de conuerſiõe comparatiõe
nnde dixit rachel cum eum pepcriſſet ãcilla bala:
comparauit me dominus cum ſorore mea.
Nepticula:ueſtis breuiſſima.
Neptis in iure eſt propter diſcretionis ſexum ad
miſſa ideſt fœmina nepos.
Neptunum fratrem iouis & regem maris pagani
aiunt:Neptunum item aquas muudi prædicant
dictus ab eis quaſi nube tonans.
Neptunalia feſta neptuni per quattuor dies : plu
raliter declinantur.
Neptunia troia:quam neptunus conſtruxit.
Nequa:ne aliqua.priſcianus.una pars ẽ: nequis &
nequo.
Nequam alii pernicioſum:alii nugantem putant
ut ait monatrius hic adoleſcens nequam & nõ
malus eſt & fugax alii confundunt nequã & ma
lum.Nequam generis omnis utriuſq; numeri in
declinabile.
Nequaq̈:nullo modo.non ita.Ser.
Nequicq̈ pro non.
Nequicq̈ fruſtra ſine cà nõ ita:nõ adeo.
Nequit:non poteſt.
Nequeo neqs nequiui nequitum.
Nequiter:inique.malitioſe.
Nequitiam ex eo quod nequiq̈ fit ideſt nihil uete
res dixerũt.
Nequito:nequiter ago & nequitor idem ſignificat
antiquitus.
Nequeo ne aliquo modo.
Nerea deus marinus accuſatiuus eſt.
Nereus mare dictum eſt quodam loco a nomine
cuiuſdam iuiri.
Nere dea paganorum græce quaſi aquarum: quã
latini ſalaciam quaſi marinam dixerunt.
Nereis nereidis dea nympha marina.
Nere:filare.
Nero græce aqua.
Nerones:romani imperatores omnes poſt augu
ſtum dicti ſunt.
Nerui:uincula cathenæ.
Nerui a græco deriuatur:quod illi neruia uocant.
Alii ab inhærendo latine uocatos putant eo qđ
artium coniunctio ĩuicem his inhæreat.nam ui
rium ſubſtantiam neruos facere certum eſt hic
neruus.
Neruoſus:cõſtans robuſtus firmus.
Neruo uas ideſt ligo.conſtringo.unde eneruare
ideſt neruis diſſoluere.
Neruius populus inter burgundiã & aluerniam:
Neſcio.ignoro:non dico diſſimulo:reticeo ex nec
& ſcio.
Neſeui:ne iraſcaris:
Neſtia græce ieiunium.
Neſtis.inſula uicina puteolis : contra quam eſt ce
ronteum.
Neſtoriani hæretici a neſtorio conaſtntinopolita
no epiſcopo dicti:qui beatam uirginem mariam
non dei ſed hominis tantum aſſeruit genitricem
aut aliam perſonam carnis: aliam faceret diuini

tatis:nec unum chriſtum i uerbo ideſt deitate &
carne credidit.

Nethe corda ultima.

Netes filia uel telæ.

Netes acutiſſimæ uoces fidium.

Neu pro uel ne.

Neue neque uel non.

Neua res inſpirata pictura.

Neuit:filauit:

Neui:maculæ:quæ in homine naſcuntur.

Neuma ideſt pars cantilenæ: quæ fit de geminati
one diphthongorum.

Neuo candidus.

Neuter neutri facit.

Neuter neq; ille neq; iſte quaſi nec uterq; uł nemo
noſtrum.

Neuterici græce iuuenes noui uel recẽtes nouitii.

Neutericus liber:cõmunis liber aut neutri partes

Neutrum nihil eſt aliud niſi quod nec maſculinũ
nec fœmininum eſt:& hoc quantum ad uocem
pertinet. Intellectu uero marem uel fœminam ſi
gnificat.

Neutrum nomen uel participium eſt: neutrale ue
ro uerbum.

